

# SCRIPTA

**Numéro Scripta :** 7141

**Auteur(s) :** Henri II Plantagenêt, Angleterre (roi)

**Bénéficiaire(s) :** Fontevraud-l'Abbaye, Notre-Dame de Fontevraud (abbaye)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1173, février

**Lieu d'émission :** Fontevrault

**Action juridique :** confirmation

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Confirmation à l'abbaye de Fontevrault de divers revenus sur le minage de Saumur.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

- a. Delisle Léopold, *Recueil des actes de Henri II, roi d'Angleterre et duc de Normandie concernant les provinces françaises et les affaires de France*, Introduction, Paris, Imprimerie nationale, 1909, p. 26 (extrait).
- b. Berger Élie, Delisle Léopold, *Recueil des actes de Henri II, roi d'Angleterre et duc de Normandie concernant les provinces françaises et les affaires de France*, Paris, Imprimerie Nationale (Chartes et diplômes relatifs à l'histoire de France), 1916-1927, 3 vol., n° CCCCLVII, t. 2, p. 5-6.

## Dissertation critique

« Vers la fin de février? 1173 » : sur la datation de cet acte, voir DELISLE/BERGER, Recueil des actes de Henri II, t. 2, p. 5.

Texte établi d'après b

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, seneschallis, prepositis et omnibus ministris et fidelibus suis, salutem.

Sciatis me concessisse et presenti carta mea confirmasse Deo et Sancte Marie et ecclesie Fontis Ebraudii et sanctimonialibus ibidem Deo servientibus omnia subscripta que in presentia mea in liberam et perpetuam elemosinam fuerunt eis data et concessa. Ex dono Pagani de Mange et Dionisie uxoris sue, concedentibus filiis suis Willelmo et Philippo, terciam partem omnium reddituum ipsorum in minagio Salmuri et in aqua, et decimam in duabus partibus ab ipso Pagano et Dionisia et filiis suis sibi retentis, ab Herveo Rabel ipsi ecclesie et sanctomialibus legitime concessam, ita quod predicte due partes nulli tradantur ad firmam nisi sanctomialibus, quamdiu ipse tantumdem dare voluerint quantum aliquis alius pro eis rationabiliter daret, sicut a predictis eis concessum est. Ex concessione et venditione Willelmi filii predicti Pagani, concedente Philippo fratre ejus, et Agatha uxore ipsius Willelmi, Philippo filio suo, et Agneta filia sua, alteram partem reddituum supradictorum, ita quod omnino habeant abbatia et sanctomiales predicte in perpetuum medietatem omnium reddituum eidem Willelmo pertinentium in minagio predicto et in aqua supradicta, et in altera parte predictam decimam. Ex dono Thome de Martinniaco et Eustachie uxoris sue, concedentibus filiis suis Andrea et Ged., et Mathilde filia sua,

totum jus suum et omnem partem quam habebat in sepedito minagio et in aqua. Ex concessione et venditione Jagelini de Loceio, concedente Margareta uxore sua, et Mabilia filia eorum, X. libras quas annuatim in supradicto minagio habebat, quas cum predicta Margareta ex Briando de Martinniaco in maritagium acceperat. Quare volo et firmiter precipio quod predicta ecclesia et sanctimoniales in ea Deo servientes omnia supradicta habeant et teneant bene et in pace, libere et quiete, integre et plenarie et honorifice, in perpetua elemosina, cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus suis, sicut coram me a predictis data fuerunt eis et concessa.

Testibus : R. comite Sancti Egidii, et Hamelino comite Warenne, et vicecomite de Torennia, Stephano de Turonis seneschallo Andegavensi, Hugone de Creissi, Willelmo Filio Radulfi, Hugone Galler., Johanne Rainardi.  
Apud Fontem Ebraudi.